Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1725

Quelle:
Copyright:

X. *fol.* 65. p. 2. *Metra iſta enumerant penas infernales.* Verſus 34. admodum hiulci hoc initio:

Si tot dona dei non te revocant ad mortem
Iniciat ſaltem pena futura metum &c.

Adjecti ſunt 15. alii de *Nabuchodonoſore* non melioris indolis.

XI. *fol.* 66. p. 2. Expoſitio *Symboli Apoſtolici* ſecundum Articulos bohemica ad mentem *Huſſi*, quae infit: *Wyerzi vbuoh otczie wſſiemobuciebo* &c.

XII. *fol.* 69. p. 2. *Iſtum tractatum compoſuit Magiſter Hus pie memorie de matrimonio.* Initium: *Petis a me kariſſime ut reputo ad tui comodum* &c. ut edit. *Opp. cit.* T. I. p. 41. ſed *Codex* in C. 3. deficit, et ſubdit Excerptum *Cypriani de Virginibus.*

XIII. *fol.* 79. *Auctoritates ewangelij doctorum canonum et eccleſie pro communione corporis et ſangwinis — ſub vtraque ſpecie panis et vini usque in diem iudicii inſtituendo.* Incipiunt a *Matth.* 26. *Cenantibus autem illis* &c. et relatae ſunt *Cod.* DCCCCV. ut *Sigismundo* Regi Rom. *Conſtantiam* ſubmiſſae.

XIV. *fol.* 93. p. 2. *Incipit alius tractatus Magiſtri Johannis Hus.* Videlicet: *Utrum expedit laycis fidelibus ſumere ſanguinem chriſti ſub ſpecie vini.* Ut edit. *cit.* T. I. p. 52.

XV. *fol.* 101. p. 2. *Auctoritates de Communione calicis.* Parum differunt ab adductis N. 13. ſed hic alia manus inſcripſit: *Magiſtri diui Hus,* et ad calcem: *Finis dictorum M. H.*

XVI. *fol.* 109. *De corpore chriſti notabilia precioſa.* Congeries Quaeſtionum de Euchariſtia, ejus ſumtione ſpirituali, frequenti &c. item de Sacerdotibus, Miſſa &c. excerptarum potiſſimum, ut videtur, e *Matthiae Pariſ.* libro *de frequenti Communione.*

XVII. *fol.* 139. *De Excommunicatione.* Item de *Epiſcopis* varia e Conciliis, Decretis Pontiff. et Ritualibus.

XVIII. *fol.* 146. Articuli IV. *Pragenſium* anni 1421. ut habentur in *Cochlaei Hiſt. Huſſit.* L. V. p. 199. Videlicet de Praedicatione libera Verbi Dei, de Communione ſub utraque, de civili Dominio Cleri, et Peccatorum extirpatione.

XIX. *fol.* 149. Adverſaria de Oratione Dominica, peccatis variis, ſacerdotibus, peregrinatione, choreis &c.

XX. *fol.* 165. *Incipit libellus de quadruplici inſtinctu valens pro devocione excitanda.* Initium: *Semen cecidit in terram bonam* &c. Ad *Henr. de Vrimaria* O. Erem. *Aug.* pertinet, ut alibi indicatum eſt. Librarius vero noſter, qui a. 1420. illum deſcripſit, addidit: *Neſcio de eius edicione, dicitur-*